Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1333
Quelle:
Copyright:

ſitas pariſien. &c. *Quanquam maiorum noſtrorum* &c. Extat, non tamen ſine lectionis varietate, in *Dacherii Spicil.* T. VI. p. 81. et *Bulaei Hiſt. Univ. Pariſ.* T. IV. p. 687. Deſuit *Lydio.*

IV. *fol.* 120. *Secunda Epiſtola ad dominum Clementem ſeptimum Romanum pontificem trium ſuperiorum viarum inſinuatiua ad eccleſiaſticamque pacem hortatiua vbi eciam de turbatoribus ſit conqueſtio.* Initium: *Coegit nos tandem pater beatiſſime chriſti fides. coegit chriſtiane religionis ſincera deuotio. coegit non ultra toleranda luctuoſe peſtis ſciſmatice diuturnitas* &c. Ex quo ſolo principio vides, quam abeat lectio ab exemplo *Dacherii* T. *cit.* p. 109. et *Bulaei* T. *cit.* p. 699.

V. *fol.* 121. p. 2. *Tercia Epiſtola ad eundem dominum clementem in qua apud eum ſit conqueſtio quod Epiſtolam ſuperiorem venenoſam vocauerit.* Incipit: *Paucis abhinc pater beatiſſime diebus exactis nobis in mentem venerat* &c. et legitur *Bulaei* T. *cit.* p. 701. ſed phraſi pluribus in locis non parum diverſa.

VI. *fol.* 123. p. 2. *Quarta Epiſtola ad Capitula Cathedralium eccleſiarum regni ſſrancie in qua ad pacem eccleſie cum ipſa vniuerſitate procurandam admonentur et ad publicas preces et proceſſiones ſuper hoc agendas.* Initium: *Juſtum erat Venerabiles domini fratresque in chriſto cariſſimi ut quos benigna mater eccleſia ſuo ſinu fouerat* &c. *Bulaei* T. *cit.* p. 712.

VII. *fol.* 124. p. 2. *Quinta Epiſtola ad magiſtros et doctores Studij Colonien. in qua ad eorum reſpondet Vniuerſitas pariſien.* Initium: *Litteras magiſtri venerabiles veſtra nobis ex parte directas* &c. *Dacherii* T. *cit.* p. 104. *Bulaei* T. *cit.* p. 704.

VIII. *fol.* 125. p. 2. *Sexta Epiſtola ad collegium Cardinalium poſt nunciatam mortem domini Clementis transmiſſa in qua rogantur ut a noua ſuperſedeant electione donec ſit alterius partis voluntas explorata.* Initium: *Etſi firmam reuerendiſſimi patres animo ſpem ante conceperamus* &c. *Dacherii* T. *cit.* p. 106. *Bulaei* T. *cit.* p. 711.

IX. *fol.* 127. *Septima Epiſtola ad Johannem regem Aragonie reſponſoria ad eius literas cum gratiarum accione et ad conſtanter pro vnione laborandum cohortatoria.* Incipit: *Gratiſſimas regalis magnificencie veſtre princeps ſereniſſime literas* &c. *Bulaei* T. *cit.* p. 719.

X. *fol.* 128. *Octaua Epiſtola ad dominum Benedictum terciumdecimum ad Romani pontificatus apicem recenter electum ad vigilanter pro eccleſiaſtica vnione laborandum vehementer exhortans.* Incipit: *Quamquam pater beatiſſime quum ad nos primum perlata fuit romani pontificatus vacacio* &c. *Bulaei.* T. *cit.* p. 713.

XI. *fol.* 130. *Nona Epiſtola ad eundem benedictum de commendacione atque extollencia vie ceſſionis voluntarie ſuper vniuerſas alias multis ex cauſis ac radicibus*